

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Historia Zaringo Badensis**

**Schöpflin, Johann Daniel**

**Carolsruhae, 1766**

Tabula VII.

[urn:nbn:de:bsz:31-295072](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-295072)

utraque linea iisdem gentilitiis uteretur insignibus; quod ab hoc tempore constanter obtinuit.

## VI.

Nummus uncialis argenteus, A. 1622. cufus, Georgii Friderici effigiem, titulos & insignia eadem, ut in præcedente nummo; formula exhibens.

## TABULA VII.

## GEORGIUS FRIDERICUS.

## I.

**N**ummus argenteus, cum Georgii Friderici, loricati & baculum tenentis, effigie. Ad caput Marchionis annus 1627. In ambitu:

GEORG. FRID. D. G. M. BAD. ET. HAC. LA. SV.  
C. A. SP.

*Georgius Fridericus Dei gratia Marchio Badensis & Hachbergenfis Landgravius Sufenbergæ Comes a Sponheim.*

Pars averfa scutum Marchionis sistit, in tres regiones divisum, quas Tabula præcedente num. V. descripsimus. Inscriptio:

ET EBERS. D. A. ROT. BADENW. LAR ET MAL.  
*Et Eberstein, Dominus a Ræteln, Badenweiler, Lar & Malberg.*

V I I I.

Nummus argenteus, in quo Georgii Friderici loricati effigies cum inscriptione, quam modo memoravimus. Aversa habet scutum quadripartitum, in quo duplex Badensis baltheus & ala Usenbergica duplex. Supra scutum numerus 24. totidem crucigeros indicat. Epigraphæ: MONETA. NOVA. HACHBERGENSIS. 1622.

I X.

Nummus itidem argenteus, illi, quem num. VII. hujus Tabulæ descripsimus, similis, nisi quod Aera in eo nulla comparet.

X.

Nummus bracteatus, minimi moduli, baltheum Badensem in parmula sistens. Literæ G. F. M. Z. B. *Georgium Fridericum Marchionem Badensem* indicant.

---

---

TABULA VIII.

F R I D E R I C U S V.

I.

**N**umisma argenteum, formæ oblongæ, cum Friderici V togati effigie & literis:

F. D. G. M. Z. B. V. H.

*Fridericus Dei Gratia Marchio Badensis & Hachbergenfis.*